

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Joachim Bellermann Johann Jacob Friedrich Sinnhold

Pavca De Inscriptionibvs Hebraicis Erfordiae Repertis

**Particvla III : Academiae Electoralis Erfordiensis Rector Cvm Senatv Academicoo
Sacra I. C. Natalia Pie Celebranda Civibvs Indicvnt**

Erfordiae: Litteris Joann. Christ. Goerling, 1794

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160450>

Band (Druck) Freier  Zugang 

CIc-571⁴⁽³⁾



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1757160450/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160450/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160450/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160450/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160450/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160450/phys_0004)

DFG

ACADEMIAE ELECTORALIS ERFORDIENSIS

R E C T O R


C V M

SENATV ACADEMICO

SACRA I. C. NATALIA

PIE CELEBRANDA

CIVIBVS INDICVNT.



INEST DE INSCRIPTIONIBVS HEBRAICIS ERFORDIAE REPER-
TIS, PARTICVL A III.

ERFORDIAE 1794.

LITTERIS IOANN. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPOGR.

(Ic-571 4(3))

ACADEMIAE ELECTORALIS ULTRAMONTANAE

ЛОТЮЯ

САНКТ

SENATU ACADEMICO

SACRA I. C. NATALIA

PER CELEBRANDA

CIVICAS INDICATIONES



СВЯТАЯ ИАКОВОВА ПОДАЧА ВЪ СВѢТОПЕЧЕСКИИ ТЕАТР
СЛУГЪ БЛАГА 1710

СВЯТАЯ ИАКОВОВА ПОДАЧА ВЪ СВѢТОПЕЧЕСКИИ ТЕАТР
СЛУГЪ БЛАГА 1710

9



DE

INSCRIPTIONIBVS HEBRAICIS ERFOR-
DIAE REPERTIS.

PARTICVL A III.

Exhibuimus nuper Vobis, *Committones suauissimi*, cum et ad diem natuitatis celebrandum, et ad memoriam resurrectionis Iesu Christi pie recolendam Vos adhortaremur, inscriptiones decem, quas referunt monumenta e ruinis iudaicis hic residua; iam superest, ut reliquias a nobis collectas, pro earum forma, indole,

vi atque significatu ordine recenseamus, ne rem inceptam deseramus inconfectam: praecipue quod hae tabulae, naufragio quasi ereptae, antea nec scriptis euulgatae nec explicatae, temporum iniuria magis magisque corrumputur.

Quanquam haud diffitemur, reperiri in lapidibus quibusdam dein delineandis literas et voces, quae nobis non satis clarae videantur, in iis tamen interpretandis exercitii academici causa vires qualescumque periclitari conabimur. Nec mirum est; quod non omnia vocabula extra omnem dubitationis aleam sint posita, quia vel lapidariorum oscitantia atque imperitia, vel usus ac temporis iniquitate vitiari solent. Missis iam omnibus ambagibus ad ipsos cippes progredimur.

XI.

Lapis undecimus sex pedum rhenanorum longitudine et trium latitudine, in domo piscatoris Mülleri ad crucis ponticulos, vulgo an den Krautstegen extat; cuius possessor illum fusorio domus, ne in illud infantes incident, imponi curauit. Inscriptio sic se habet:

IN HOC RUM MATERIALEM INVENTORVM ARMINIUS
HOC PONITUR ALEXANDER MULLERUS
VULGO AN DEN KRAUTSTEGEN
CUIUS POSSESSOR ILLUM FUSORIO DOMUS
NE IN ILLUD INFANTES INCIDENT IMPONI CURAUIT
ANNO MDLXIIII

112

צִוָּן
הַלּוֹ הַוְקֵלֶת
לְרָאשׁ רְקָבָן
שְׁלוּמִיא בָּנָן
מְהֻרָּא לְאַיִלָּן
שְׁהַלְךָ לְעָדוֹן
יְרָא תְּשָׁרֵר יוֹבָן
קְמַבְלָתְנִצְבָּה

Id est:
Cippus sepulchralis
hic constitutus est iuxta caput
summi Rabbini synagogae sanctae
Schlomijae, filii
doctissimi et amplissimi Rabbi Eliae,
qui abiit in Paradisum
mensis Thisri (Septemb.) die secundo,
anno 142 computationis minoris. Vivat apud beatos!

Notae:

Notae:

1) הַוָּה est compendium scribendi pro חֲקָם

2) נְל literae initiales vocis sequentis, quam sculptor in hac linea nec absoluere nec diuidere potuit, et cuius loco spatium omnimode vacuum relinquere noluit; monendum tamen est, statum signi contractionis וְ נִ impositi a modo scribendi in manuscriptis vsitato abhorrere, propterea quod in his lacunas explentibus literis corona abesse debet. Alias נְל indicat לְרַבֵּי h. l. iuxta caput.

3) שְׁאֵלָה Aleph est coronatum, fortassis ut lector ad ambiguatem et sensum praegnantem וְשָׁאָן attendat; est enim vel hominis caput, vel vir summus siue primus. Itaque vertimus Rabbini summi, fortassis alludit ad nomen Eliae, cuius initialis litera est Aleph.

4) וְ וְ ponuntur pro שְׁגָדָת קְהֻלָּת Congregatio sancta est synagoga venerabilis, quo titulo honorifico, Synagogas urbium ornant. Hoc scribendi compendium, quod in Buxtorfio *) deest, inuenimus in Schudtio **).

5) מֹרְנוֹן חֶרְבָּן רַבִּי מַהְרָה scribendi compendia pro docto•
noster amplissimus Rabbi.

6) נְ

*) Io. Buxtorfius, de abbreviaturis hebraicis.

**) Io. Iac. Schudtii trifolium haebraeo -philologicum p. 178.

6) וְ pro תָּשֵׁר, וְרֹחֶם pro חַשְׁבָּרִי,
וְיֻמֶּן pro יְמִין, בְּ est secundus.

7) קְמַבְּ (קְמַבְּ) = 142, secundum aeram christianam annus 1382.

לְפָרֶט הַנְּצָבָה explicauimus in programmate primo, De inscriptionibus etc. p. 14; ad verbum esset: Sit anima eius ligata in fasciculo viventium.

XII.

In eadem domo piscatoris MÜLLERI alias cippus sepulchralis hebraice scriptus camino est insertus, minor praecedente, minoribus etiam literis instructus.



Id est:

Nono (die)

mensis Ijar (Aprilis) sepulta est

domina Prina, Filia Rabbi Ascheris,

anno septuagesimo et tertio (1313 Chr.)

computi minoris. Vivat inter beatas!

Notae

Notae:

1) In prima linea reliquae literae desunt, quas e nexu יטימ coniicio.

2) מִתְרָחָא est מִתְרָחָא, domina, hiera; in Buxtorfio omissa.

3) פְּרִינָא, Prina, nomen proprium inter Iudeos usitatum, germanice vulgo Prihnchen. Conuenit quoque quoad literas cum graeco φρυνη cuius nominis famosissima illa meretrix Thespiaca sat is nota est.

XIII.

In coemeterio Praedicatorum duo sequentes cippi descripti sunt; quos quia curiosus antiquitatis amator ibi nunc frustra quaerat, antea quam eos adponamus hoc monendum esse duximus. Locorum, in quibus huc usque lapides dictos inuenimus, distan tia satis superque probat, eos per spatium fere quingentorum annorum valde esse dissipatos. Plures interea non tam sunt disiecti quam potius omnimode destructi, quia ad alios usus, e. g. ad pavimenta, pontes, aedificia etc. videlicet literarum figuris ornati, minus apti videbantur.

Ante duodecim circiter annos multi magnique lapides, a Mauritii turre, quam regimen nostrum demoliri iussit, et in cuius vicinitate Iudeorum coemeterium olim extitit in coemeterium Praedicatorum ferebantur. Hic lapiidae publici eos dissecantes, aliis usibus destinatos, scalpro inscriptiones eorum delerunt. Tunc temporis inter multos alios cippos hos duos splendidissimos a Iudeo circumforario describi curauit nuperime beate defunctus

Re-

Rector Weingaertnerus, qui eos mecum, cum adhuc in viuis
esset, perhumane communicauit. Primus horum sic se
habet :

האבן הזאת
 בשוייה ולציוון יהיה
לראש רבי ודרארש
רברד זרחה וכחן
 שנאסת בירח שבט
 בשנה מה לפק
 ובא לחיה בשמיים
אמן סלה

Ad verbum sic vertimus:

Lapis hic
 in sepulchro (positus) monumentum sit
 summo Rabbino despensato,
 Praesidi synedrii, Seracho, Sacerdoti,
 qui congregatus est ad patres mense Schbat (Ian.)
 anno 45 computi minoris (1285 Christi).
 Ivit (seu veniat) ad beatitudinem in coelo!
 Amen, Selah.

B

Notae

Notae:

1) **בָּשְׂרִיָּה** vel deriuari potest a **שֵׁז** et **אַוְשֵׁז** *vanum, imutile, nihilum*; hinc esset *in terra vana, in mundo hoc caduco*, vt Ps. 24, 4; vel refertur ad **שֹׁהַ** in Piel ex Chaldaisino *posuit*, vid. Hos. 10, 1. inde **שְׁוִיָּה**, **שְׁיוֹנִיה** et **שְׁיוֹתָחָשׁ**, **שְׁיוֹתָחָשׁ** chald. *lectus, stratum, locus quo quis ponitur*, vid. Deut. 3, 11. paraphrasi chaldaica, ideoque est synonymum **עֲרָשׁ**, et **עִזּוּעַ**. In aliis linguis quoque per metaphoram pulchram, sepulchrum nominari *stratum*, inuenitur.

2) **דָּרָשׁ**, **אַרְשׁ**, **וְדָרָשׁ**. Radix **אַרְשׁ**, apud Chaldaeos et Rabbinos, despontit sibi sc. mulierem; **ד** prefixum chald. est **שׁ** praef. hebraicum, ex **אֲשֶׁר** quoad significationem et formam deducendum, loco **אַרְשׁ** **אֲשֶׁר** **אַשְׁר** positum, vid. Deut. 20, 7. Coenius notatu dignum videbatur, Synedrii Praesidem, breui tempore ante mortem sibi despondisse foeminam, sed ablatum praematura morte eam non duxisse. Si quis vero praedicatum desponsi seu desponsati sensu morali accipere maluerit, variae causae, a iudaica interpretandi canticum cantorum ratione desumptae, possent proferri, quas tamen breuitatis studio omittimus.

3) **רְבָּרְךָ** Haec scribendi compendia in Bvxtorfii libro de abbreviaturis hebraicis non sunt explicata, vt multa alia, quae in hoc libro, quamquam satis docto, et in his rebus classico et principali, diligens lector desiderat. **רְבָּרְךָ** nil aliud est quam **רָאשׁ**, seu vt Iudei pronunciant Rosch bes din, *Praeses synedrii, antistes summi iudicii iudaici* *).

4) **רְמָזָן**

*) vid. (Seligs) Lehrbuch der jüdisch-dentschen Sprache. Leipzig. 1792.
pag. 120.

4) זֶרַח Serach; hoc vocabulum appellatiue sumtum denotat orientem, indeque claritatem; sed vt nomen proprium multis Hebraeis fuit et adhuc est commune. Gen. 36, 13. 38, 50. 1 Paral. 4, 24. etc.

5) קָטָן = לְפָקָד .

Hic cippus nobis maxime notatu dignus visus est, quia illo variis historiae Erfordiensis momentis, vtpote quae ratione Iudeorum nocte aegyptiaca ista nigriore ac densiore premuntur, lux quaedam accenditur. Ad quaestiones historicas de numero Iudeorum hic olim degentium, de eorum iudicio, cuius generis istud fuerit, de eorum ratione ad vicinos Iudeos, de tempore constitutae eorum frequentiae, adque alia permulta certo responderi nequit; quia omnes hae res magis dubia fama et rumore ambiguo quam certis nituntur documentis. Hoc autem epitaphio, si antiquitates, leges et consuetudines iudaicas in auxilium vocamus, partim demonstrari, partim verisimile reddi potest: 1) Iudeos iam medio seculo decimo sexto hic frequentes fuisse; 2) familias saltem CXX iudaicas hic extitisse; 3) exiguo hoc numero CXX familiarum septies, ob fertilitatem abrahamiticam, multiplicato, 840 personas iudaicas hic vixisse; 4) si vero familiarum numerus maior exiguo illo CXX fuerit, et ad eum, qui constituendo syndrio requiritur, e. g. CL familiarum ascenderit, circiter 1050 personas iudaicas hic vicitasse; 5) Iudeos iudicium supremum, syndrium hic habuisse, quod fere in omnibus causis iudicium de non appellando constituit; 6) Iudeos Erfordienses in vicinos Iudeos, syndrium non habentes, et huic dioecesi adscriptos, variis in causis ciuilibus et criminalibus imperium exercuisse.

B 2

Sed

Sed anteaquam conclusiones reliquas proferam, earum fundatum mihi est adducendum, quod in legibus et consuetudinibus iudaicis, praecipue in forma iudiciorum, inuenitur.

Iudicia Iudeorum varii sunt generis. In pagis aut illis locis, in quibus tantummodo pauci habitant Iudei, vel nullum est iudicium constitutum, vel unus et alter senex iustes ieiuniores dirimit et componit, grauiores vero iudicio vicino defert.

In iis coetibus, qui minus quam CXX patres familiarum habent, iudicium inferius constituitur, quod tribus assessoribus constat. Horum triumvirorum praeses nominatur Schophet, seu Mumcheh schophet, שופט מומחה.

Sanhedrin seu Synedrium in illis locis instituitur, in quibus plus quam centum et viginti familiae sedem fixam habent. Huius consessus praeses et nomine honorifico ר' ר' (capitis domus indicii) Praesidis Synedrii, et ר' נשא Nasi, principis ornatur, quem in nostro cippo inuenimus. Secundus ר' Rosch beth din est אב בית ר' Pater Synedrii, qui dignitate est proximus praesidis; et a dextra eius sedet. Hocce synedrium viginti tribus membris constat, et decernit non tantum in causis ciuilibus sed et criminalibus *). Consensus synedrii bis singulis hebdomadibus habentur, scilicet die secundo et quinto ante meridiem, statim post preces matutinas.

De

*) In tractatu Sanhedrin cap. 1. th. 4. verba sic sonant דיני נפטות בعشרים ושלשים i.e. supplicia capitalia a viginti tribus viris infligi possunt.

De praeside, *Rosch beth din*, seu Nasi multa praecipiunt libri iudaici *), quorum quaedam allegasse inuabit. Praeses, dicunt, sit ex honesto et rite inito matrimonio genitus; ipsius etiam mater honesta sit origine, sit literatus, et eum operam dedisse Theologiae, Iurisprudentiae, Medicinae, Arithmeticae, Astronomiae et Rhetoricae necesse est; studeat iustitiae et integritati; omnis viuendi modus eiusdem sit sine culpa, et corpus sine labe; aliis aetate, forma et eloquio praestet.

Maximum denique synedrium, summum Iudeorum tribunal post captiuitatem Babylonicam Hierosolymis constabat LXXII membris, cuius Praeses erat summus pontifex **).

*¹) *Thalmud*, tract. de Sanhedrin cap. 4. et commentatores e. g. *Coccejus*, *Seldenus* de Synedriis Hebraeorum, *L'Enfant* Vorbereitung zur Lesung der h. Schrift, *Conringius* de republica Hebraeorum, *Calmet* biblische Untersuchungen, Th. II. p. 223. seq. *Schudt* iüdische Merkwürdigkeiten. —

**) *Clerici* diss. de LXXII virorum Synedriō quae commentario in libros historicos V. T. inserta est; Michaelis mosaisches Recht §. 50. coll. *Richard Simon* reponse aux sentiments de quelques Theologiens de Hollande etc. *I. B. Carpzov* adnotat. ad *Schickardi* ius regium Hebr., e. a.

XIV.

Alterum epitaphium in coemeterio Praedicatorum descriptum
sic sonat:

האבן הוזת נבחרת
 לצוון מרתא יטא
 הב�ורה בת ר' יהודה
 שנאספה בשנת תשע
 ועשרים לאלה ששי
 נוחה עדן ס

Id est:

Lapis hic selectus est
 ad monumentum sepulchrale dominae Ietae
 praestantissimae, filiae Rabbi Iehudae
 quae mortua est anno nono
 et vigesimo millenarii sexti (1269 Chr.)
 Requies eius sit Paradisus! Selah!

Notae:

1) יטא Ieta, nomen proprium foeminarum, haud raro obuium; non multum differt a גיטא, quod nomen in primo lapide anno praeterlapso descripto exhibuimus. Aliud יטה Ietah inventur Ios. 21, 16. vbi est nomen ciuitatis, quae Leuitis et tribu Iudei et Simeonis data est; appellatiue denique sumtum, est *declinans, diuertens.*

הבחורה (2)

2) הַבְּחֹורָה vertimus *praestantissimam*, proprie *electam*; trans-
ferre latine etiam potuissemus iuuenem filiani; apud Rabbinos
tandem בַּחוֹר per synecdochen speciei est *literarum studiosus*. —
Omnia reliqua per se liquent.

Iam autem sequemur consilium, cuius causa patica haec pra-
eiusimus. Scitis, *Cives optimi*, orbem christianum hisce diebus
celebrare Domini nostri Iesu Christi sacra natalitia; festiva itaque
laetitia recordamini nostri Saluatoris, qui fons est et scaturigo
purioris religionis.

Intimo cordis affectu venerabimur Deum et eius filium, qui
in vita sua publica et priuata, doctrina et moribus, a iuuentute
ad mortem usque imitatione nostra dignissimus apparuit.

Exorabimus quoque Deum, ut EMINENTISSIMVM AC
CELSISSIMVM PRINCIPEM ELECTOREM FRIDERICVM
CAROLVM IOSEPHVM, S. sedis Moguntinae Archiepisco-
pum, S. R. Imperii per Germaniam Archicancellarium, Principem
et Episcopum Wormatiensem cet. cet. nec non REVERENDISSI-
MVM AC ILLVSTRISSIMVM DOMINVM, DOMINVM CARO-
LVM

LVM THEODORVM ANTONIVM LIE. BAR. DE DAL-BERG, Archiepiscopum Tarsensem, Coadiutorem Moguntinum Wormatiensem et Constantiensem, ciuitatis et territorii Erfordiensis Proprietatem cet. saluberrimis consiliis clementer instruat, a quibus in tanta bellorum strage tot hominum pendet salus et prosperitas; vt hos Patriae Patres dilectissimos sospitet, incolumesque ad reipublicae felicitatem confirmet.

Publ. sub Sig. Rect. Festo nativitatis Iesu. MDCCCLXXXIV.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160450/phys_0022](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160450/phys_0022)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1757160450/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160450/phys_0023)

DFG

rtiumus praestantissimam, proprie electam; trans-
potuissemus iuuenem filiam; apud Rabbinos
synecochen specie est literarum studiosus. —
se liquent.

quemur consilium, cuius causa patica haec prae-
Cives optimi, orbem christianum hisce diebus
nostrī Iesu Christi sacra natalitia; festiua itaque
ni nostri Saluatoris, qui fons est et scaturigo

affectu venerabimus Deum et eius filium, qui
a et priuata, doctrina et moribus, a iuuentute
imitatione nostra dignissimus apparuit.

quoque Deum, vt EMINENTISSIMVM AC
PRINCIPREM ELECTOREM FRIDERICVM
SEPHVM, S. sedis Moguntinae Archiepisco-
ii per Germaniam Archicancellarium, Principem
matiensem cet. cet. nec non REVERENDISSI-
RISSIMVM DOMINVM, DOMINVM CARO-
LVM

